



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae
Therinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1419

XXVI. Ad D. Philippum Edouardu[m] Fuggerum, Baronem Kirchbergae, &
VVeissehornae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12434

Cen flamma: sic tu, FABER, utere principis aulis
Si procul est, friges: sin propè flamma, cales.

XXV.

Ad Ioannem Sambucum

Cæs. Conf.

Si sit luxuriosus egens: si diues auarus:

Iniustus he potens sit: petulans he senex:

Quatuor hac, anima est quorum SAMBVCE

(superba,

Sunt inuisa homini, sunt odiosa DEO.

XXVI.

Ad D. Philippum Edouardū

Fuggerum, Baronem Kirchbergæ,

& VVeiffhornæ.

Quò maior, et quò Phæbus est illustrior,

Cæli tot inter sidera:

Hoc melior, hoc luce efficacior sua,

Quod viuit, omne recreat.

Sic tu PHILIPPE, quò vel es peritior,

Vel maior, aut illustrior:

Hoc melior, hoc mihi sis indulgentior,

Et gratia profusior.

Sic omne magnum fit bonum: sic est bonum

Communicans semper sui,

At quid rependam gratiæ, quæris? nihil

Quod nunc rependam gratiæ,

Scio

*Scio: nisi mentis fidelem memoriam
Gratiæ, tibi quam spondeo.
Sic ipse vitæ dux nihil desiderat
Sibi referri gratiæ
Pro luce, qua Sol recreat mundum, sua:
Suis abundans gratijs.*

XXVII.

Ad Ioannem Cratonem

à Crastheim, Med. & Conf. Cæs.

*Scilicet igne, CRATO, purum spectatur ut aurum
Sic auro pariter quisque probatur homo,
Sed non est eadem ratio. purum excoquit aurum
Ille: sed impurus sæpius hoc fit homo.*

XXIIX.

Ad Victorem Giselinum.

*Vince malum, sed vince bono: neu crimine culpam
Vince magis: VICTOR sic potes esse bonus.*

XXIX.

Ad Ioan. Georgium, & Gu-

*lielmum, & VVolfg. Christophorum
à Rotenhan EQ. FR.*

*Ibitis ò Equites? celebremque videbitis oram
Tandem: cui nomen Francia vestra dedit
Quà vetus ostentat turres Aureli: quaque
Vrbs Paridis celsum tollit ad astra caput.*